

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst uwzględniający wersje sandomierską (art. 1–60) i krakowską (prolog oraz od art. 61)

Rękopis Biblioteki Opactwa Św. Floriana Austria (Stiftsbibliothek St. Florian), sygn. 551/XI, k. 41–58, 96v–98

Odczyt: Maciej Mikuła

[Prolog]

[k. 41] In^a nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Primo dicit de summa Trinitate et fide, et hoc opus locatum est supra firmum fundamentum, de quo dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo ponere potest, preter id, quod est positum, scilicet Christus. Ubi enim Christus fundamentum non est, ibi nullius boni operis potest superesse edificium ad invocationem summe et individue Sanctae Trinitatis. Exemplum laudabile me conpellit et racio violenta, quia hoc a maioribus esse dinoscitur, quod a minoribus sit completum. Et mos retinendus est fidelissime vetustatis, et licet enim non exemplis, sed legibus est iudicandum, verumptamen exemplum potest aliquis sequi maxime, ubi recte factum aliquod intuetur. Ad probandum, siquidem quod in quolibet principio a gloria Trinitatis debeat auxilium peti, sola racio sufficere potest, cuiuslibet enim rei potissima pars est principium, et ex hiis, que inordinate inchoata sunt, non potest ordinabiliter agi. Quod per se patet, qualiter et bene et laudabiliter omnia geruntur, si principium fuerit decens et amabile Deo, et vix est, ut bono peragantur exitu, que malo inchoata sunt inicio. Quibus omnibus luce clarius apparet, quod finis laudabilis a bono dependet principio et tamquam suo maiori subiacet et maioribus maius vertitur et ibi caucius est agendum. Ipsa enim est benedicta Trinitas, in cuius nomine et consilio omnis actus progreditur. Sic enim ad omnipotentis Dei auxilium debemus oculos erigere, ut non in armis sciencie vel eloquacie iaculis confidere valeamus, si omnem spem, omne propositum erigamus ad providenciam Trinitatis, ipsa enim laborantibus aurem apperit et inclinat: Apprehendite etenim disciplinam et sapienciam, nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta [Ps 2,12]. Nos sermo propheticus exhortat et felix exhortacio, dulce consilium; qui enim apprehendit sapienciam, Christum, ut verum, fateor, apprehendit. Ipse enim est sapiencia, iusticia, veritas, fortitudo, sancitas. Et qui ingnorat sapienciam et Scripturas, Christum ignorare testimonio perhibetur. Cristus [s] etenim virtus Dei est sapiencia, ignorancia autem Scripturarum ignominia est Christi iuxta apostolicum. Apprehendit siquidem sapienciam, qui insapienciam procul pellit, egressus enim unius alterius operatur [k. 41v] ingressum. Cum renunciatur improbitati, nancitur virtus. Qui enim sapienciam non apprehendit, inproperabitur ei a Domino, et ideo sacerdocio non fungetur et in tenebris ignorancie latitans, mentis oculos [s] exceccatus iusticiam invenire non poterit. Sine qua, etsi ceterarum virtutum in ipso fulgeat radii, pro nichilo reputantur, ipsa est enim, inter ceteras virtutes perfectissima dicitur, que iura omnibus

distribuit et ex causa iusticia appellatur, ut legitur in auctoribus, ut omnes obediant iudicio. Hoc est enim illa virtus laudabilis, que diffinizione nobili diffinitur. Iusticia ergo est constans et perpetua voluntas, ius suum cuilibet tribuens, que concupiscencie conatus sua virtute comprimit ac desiderat refrenare, ut in prohemio decretalium. Cum igitur subiectum libri presentis nullum sit aliud ponere preter ius et iusticiam, et felix liber cui tam nobile famulatur subiectum, felix, inter cuius verba liber iste tamquam mirre fasciculus poterit commorari. Merito igitur, qui opus tantum agreditur, ut librum signatum septem sigillis sigillatum apperiat, summe Trinitatis auxilium expetet et inploret. Ego siquidem inter ceteros lectores minimum me reputans et ignorancie mee tenebras non ignorans, excusare me deberem, cum propheta dicente: a.a.a. Domine Deus, ecce nescio loqui, qui puer ego sum [Jr 1,6], quoniam altus est puteus sapientie, et non est cum quo hauriam, quemadmodum mulier Canana, cum de Dei omnipotentis, qui aquam vivam distribuit et largitur, confisus misericordia opus presens aggredior spem gerens firmissimam, quod de fonte graciarum suarum ad siccitatem meam rivulum derivando, de pane sue consolacionis, ne in via deficiam, buccelam michi porrigat. Ne igitur prolixitas, que frequenter parit fastidium, sermonem in inmensum, sed attendens, quam omne artificium et exercitium recipit incrementum, non in armis sciencie vel eloquacie iaculis confisus, sed omnem spem, omnem propositum referens ad omnipotentis Dei legis consilium, qui est omnium salus. Sed quoniam scriptum est, ut nemo alciorem locum in scolis teneat, nisi cui laborum assiduitas et studiorum prolixitas suffragatur, ego fundo principium super lapidem angularem, qui est Christus, hoc est Alpha et Omega, principium et finis. Amen.^[1]

^a ozdobny inicjał I, in rubrum, wysokość 4 wersów

Noty użytkowników

¹ ręka odmienna od autora podstawy: modum

[hasła: prolog]

[1] [k. 42] Cesar^a Otho Ruffus fundavit templum in Meÿdburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium, et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos et consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eliguntur, ius, profectum ac ad honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius aut melius sciant aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum placitum et voluntatem cum seniorum consensu. Consules etiam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac coretos iniustos et quilibet cibus et potus institoria. Et quicumque violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, que faciunt triginta sex solidos. Quando consules suum conventum exponunt, extunc quidquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, firmum et inviolabiliter debet observare. Et quicumque hoc violaverit, consules habent iudicare. Et quicumque ad conventum

venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Si autem sibi conventus pronunciatus fuerint demeretur V solidos.

De Cesare. Capitulum primum.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość 3 wersów

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[2] Qui^a penastici vocantur si in aliquo demerentur vel si in aliquo delinquerint in statutis civitatis ita ut civitatis aut consulum decreta violaverint, si in hoc convicti fuerint demerentur cuctem cum crinibus aut tres solidos. Et hoc consilio et consulum arbitrio committitur, quod horum recipere voluerint. Quando penesticus consulum aut civitatis statutum infringerit foro infrimoto, ita quod cuttem cum crine demeretur, et cum pecunia redimet, hic manet sine iure et non potest a modo forum comestibilem absque civitatis aut consulum consensu exercere. Aut si alii homines, qui communitatem, fraternitatem habent in comestilibus consulum seu civitatis compromissum infringerint, hos oportet emendam dare secundum ius, et edictum civitatis, non possunt ulterius aliqua comestibia vendere, nec communitatem acquirere absque consensu consulum et civitatis.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość 3 wersów

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wilkierz, zezwolenie, nawiązka]

[3] De metretis iniustis. Capitulum 2. [s]

Si^a metrete aut alie mensure parve seu iniuste fuerint aut pense, quod consules agere bene possunt secundum honorem civitatis aut cum XXXVI solidis emendare.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: miara, waga, kara, rajca, nawiązka]

[4] De tribus iudiciis. Capitulum 3. [s]

Ille^a supremus iudex, qui in Meydeburgensi iudicio presidet, hoc est burgrabius, qui tria sedet iudicia provincialia [k. 42v] in anno: unum iudicium in die sancte Agathe, secundum in festo sanctorum Johannis et Pauli, tertium in octava sancti Martini. Si evenerit aliquod horum iudic[i]orum ad diem celebrem aut feriatum, extunc suum iudicium ammisit. Et si scultetus aut solus burgrabius ad iudicium non venerit, quia scultetus burgrabio primam sententiam debet invenire. Et si scultetus non venerit ad burgrarium, extunc x talenta demeretur, nisi legale impedimentum, si quod probare poterit, ut ius dictaverit. Quidquid criminalis cause factum

seu commissum fuerit quatuordecim diebus ante suum iudicium, hoc burgrabius iudicare habet et nemo alias.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5] De stupro et obsidio. Capitulum 4. [s]

Stuprum,^a obsidia et irruenciam domiciliorum iudicat burgrabius et nemo alias. Sed si burgrabius presens esse non poterit, extunc cives eligunt unum iudicem loco burgrabii, pro excessu manifesto. Burgrabii pena et recompensa, quod acquisitum fuerit in banno iudicio debet solvi ad sex ebdomadas. Pena burgrabii fuerit tria talenta, pena sculteti octo solidi. Quanto burgrabius surgit et iudicat, tunc iudicium sculteti disponit a proximo die ad duas septimanas.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: Magdeburg, burgravia, zasadzka, podpalenie, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin, zapłata, wynagrodzenie]

[6] De sculteto. Capitulum quintum. [s]

Scultetus^a eciam habet tria iudicia legalia in anno: unum in Epiphania Domini aut die sequenti, secundum tercia feria post festum aut post conductum Pasche, tertium feria tercia post festum Sanctae Trinitatis. Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas. Si dies iudicialis evenerint ad diem celebrem, bene potest ultra unam diem aut duas post diem celebrem iudicium suum disponere. Iudicium sculteti nemo habet hominum iudicare, nisi scultetus solus aut preco, vel suus famulus. Quod si scultetus in domo non fuerit et si criminale nephas exortum fuerit, cives statuant unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus etiam debet habere legalitatem a domino terre et cum eo debet esse feodatus, et verum suum feodium esse et legittime natus de terra.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg, lenno]

[7] Capitulum 7.

Quod^a si homo vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit et si ceperit illud, qui ipsum vulneravit, et eum usque ad iudicium deduxerit, et si tunc ipsum cum hiis, qui suum clamorem audierunt, protestari poterit metseptimus, propius est eum vincere, quam ille possit evadere. [k. 43] Pro vulnere manum, pro homicidio collum.

Si vulnus profunditatem unquis et longitudinem membra habuerit, acquirit homo duellum, pro vulnere manum, pro homicidio collum.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: zranienie, skarga, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu, kara ucięcia ręki, kara śmierci, ścieście, rana]

[8] C[apitulum] VII. [s]

Si^a contingit criminale nephias aut conflictus fuerit nocte vel die et si probus vir pro eo accusetur, proprius est evadere metseptimus, quam ille possit super eum protestari. Quia in isto loco conflictus per neminem visus est.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: przestępstwo nocne, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[9] C[apitulum] VIII. [s]

Nec^a burgrabio, nec sculteto tenetur scabinus nec civis aliquem sentenciam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum. Burgrabiū et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem, vel hospes contra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus est, quod bene iudicare potest sine mora. Et si adiudicatur debitum, debet solvere sequenti die, quod tenetur. Sed hospitem iurare oportet, quod sit alienigena, ita remote domicile habuerit, quod die una ad iudicium venire non possit.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd]

[10] C[apitulum] VIIII. [s]

Quod^a si vir vulneratus fuerit et ea die iudicium non quesierit, et sua querimonia pernoctaverit et, qui inculpatur, tunc comparuerit, evadet eum metseptimus suis vicinis, quam ille posset protestari. Sed si tribus iudiciis non comparet, quarto iudicio describetur, ita tamen, si iusto iudicio citatus et super ipsum conquestus fuerit.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[11] C[apitulum] X. [s] De stupro.

Stuprum^a et obsidium, et irruenciam domicilii burgrabius iudicat nec alter ullus. Si aliquis irruit super domicilium tempore nocturno aut diurno, temeraria violencia, procedente nulla querimonia, et <si ^b> in manuali facto deprehensus fuerit cum clamore, et si clamorem cum auditoribus metseptimus suorum vicinorum hoc ostendendo probare poterit secundum iuris exigenciam, malefactor collum demeretur. Si autem manifestum non fuerit, extunc propius est metseptimus evadere, quam aliquo testimonio vinci possit.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów; ^b nadpisane przez autora podstawy, znak wstawienia

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgravia, skarga, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[12] Sequitur C[apitulum] XI. [s]

Quicumque^a vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit et ad iudicium pervenerit, de quocumque querulatur, qui penes fuerit, et habuerit hos, qui suum clamorem audierunt, et quot vulnera habuerit, tot homines potest inculpare. Si autem hii homines comparuerint, duellum in ipsis inquirere potest. Si autem plures infestaverit, quam vulneram *[k. 43v]* fuerit, et tot viri destibentur, quot vulnera fuerit, alii autem tempores possunt evadere suo iure, quibus *[s]* \vdash suis vicinis^c metseptimus.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość dwóch wersów; ^c skreślone ręką autora podstawy, vicinis odczyt niepewny

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[13] Obligat^a autem quis mercimonia aut alia bona mobilia pro debito ex parte iudicii, et ille pronunciat tribus iudiciis, ut iuris est, et quarto iudicio super eo dominium receperit aut appropriatum sibi fuerit, et cognoscencie domini dederit coram iudice et scabinis. Et iste in posterum ad repetendum sua bona pervenerit, possidens propius est suum pignus servare cum scabinis et iudice, quam iste, qui caret possessione.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał O wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie o

[hasła: zastaw, towary, dobra ruchome, ruchomości, dług, termin, roczek, sędzia, ławnik]

[14] Si^a aliquis dicit uxorem et si vir moriatur, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalitio aut vite provisione pro eius vita in iudicio banito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et se ipsa moritur, ad heredes revertitur sui mariti. Sed si maritus mulieri nichil in suis bonis dederit,

in possessione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, quousque in viduitate et sine marito voluerit permanere. Si vir oves habuerit, quas mulier ad suppellectilia recipiet. Et si pueri vellent mulieri dotalitium infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima, qui tunc presentes fuerunt. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis exhereditate *[s]* fuerint, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate patris sunt, recipiunt bona, et non hii, qui exhereditate *[s]* sunt, sed hereditatem vendere non possunt absque coheredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris mortis tempore fuerunt, si ex hiis unus moritur, illius partem dividunt inter se equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódem, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]

[15] Quando^a alia sua possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter, quociens exiit vel intrat, tocens penam iudicii demeretur, ita si publicacio super ipsum rite ac iuste est acquisita.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: multka, kara sądowa, konfiskata]

[16] Quitquid^a masculus dat sub banno, si possidebat pacifice et quiete absque contradiccione anno ac die, hoc proprius ac melius obtimere potest cum iudice et scabinis, quam aliquis ab ipso posset exbrigare. Quod si iudex et scabini mortui sunt, quod tamen bene cum aliis fidedignis ac minus duobus scabinis et quatuor viris probitate probitatis testimonio deponi potest, et sic *[k. 44]* donata bona obtinebit.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[17] Nemo^a masculus nec ulla mulier possunt in lecto egritudinis de suis bonis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu seu voluntate, nec mulier sine consensu sui viri.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie n

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[18] Quod^a si hereditas fratribus seu sororibus defectum habuerit, extunc hii, qui se linea equali consanguinitatis ostendere poterint, in hereditate succedunt equaliter.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo]

[19] Qui^a autem in possessione est, sacerdos si bene sit aut manserit, tamen tamen^b recipit suppellectilia et habet, si puella nulla fuerit ibi. Si autem puella et sacerdos ibi fuerint, suppellectilia inter se eciam dividunt.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q; ^b odczyt niepewny, możliwe także cum

[hasła: gerada, kapłan]

[20] Quitquid^a masculus dat in iudicio banito coram iudice et scabinis, ibi recipiens dat unum solidum pro doni cognicione, quem recipiunt scabini.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętnie, darowizna, transakcja]

[21] Quicumque^a aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit, si debitum coacto iure consecutus fuerit, oportet eadem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Si autem querimonia facta fuerit, super aliquem pro debito, de quo fatetur, qui solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si tempore debito et statuto debtor non solverit, extunc iudex in eo suam penam acquisivit. Extunc solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. Quotiens tunc debtor mandatum adimplere neglexerit, tociens penam in eo iudex acquisivit. Si penam iudici et debitum creditori solvere contempserit, fiscatur sua possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et pena iudici persolvatur. Si autem possessione caret, extunc banno compellitur, et tunc bene potest comprehendendi, ubi visus fuerit, pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit penam iudici demeretur.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[22] Si^a aliquis ad limina sanctorum aut nundinas extra provinciam ire voluerit, et si aliquis ipsum impedire voluerit, hoc fieri non debet, sed oportet ius suum recipere coram suo iudice.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: wyjazd, dług]

[23] Et^a si vir viro testimonium adiudicatum fuerit, inducias trinas ebdomadas obtinebit, quascumque elegerit aut iudicio proximo.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał E wysokości dwu wersów

[hasła: sąd, termin]

[24] Quicumque^a scabinos in scampno iudicali vituperaverit aut turpibus verbis eum obruerit, scabinus lucratur suam emendam xxx solidos, et iudex suam penam acquirit. [k. 44v] Obruitur autem scabinus, postquam sua sentencia diffinita sit et consensus aliorum scabinorum preteriit, extunc omnes acquirunt et iudex tot penas, et quot emende fuerint, totidem pene iudici acquiruntur.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów

[hasła: ławnik, ława, obrazka, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[25] Quando^a concordia inter discordantes coram iudicio ordinata fuerit, aut diuturnus fremitus, hoc homo protestari potest cum iudice et scabinis. Quod si scabini mortui fuerint, tunc protestatur cum hominibus fidedignis, qui iudicio affuerunt. Quitquid scabini protestantur et confirmant, hoc et iudex cum eis debet protestari, simul et confirmare. Sed si concordia extra iudicium ordinata fuerit, hoc facilius potest probare vir cum septem testibus metseptimus, qui interfuerunt et viderunt concordiam esse factam.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[26] Ubi^u concordia et fremitus diuturnus coram iudicio fuerit confirmata, si ipsam violat adversa pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si autem contingere, ut alter eam infringeret, hunc tamen emendare et satisfactionem oportet, pro vulnere ix talenta, pro homicidio xviii talenta, nisi se possit excusare secundum iuris edictum.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał U wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie u

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, kara ucięcia ręki, kara śmierci, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie]

[27] Quibus^a vir potest filium suum ter extrahere, quem habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Eciā vir potest filium suum, quem in potestate habet, tribus vicibus extrahere, ubi collum aut manum pertransit. Quarta vero vice ipsum propria in persona respondere oportebit, et patrem in suo iure non impediet, si bene filius prius respondisset. Si autem pater cum filio simul in eodem crimine coram iudicio inculpati fuerint, extunc pater filium de iure eximere non potest, nisi prius se ab eodem crimen expurgabit. Et famulus potest mercedem suam, quam promeruit, continuo quinque solidos tacto sacramento probare, ita si dominus sibi consentire voluerit, si autem dominus iuraverit tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, tunc proprius est evadere, quam famulus protestari. Si autem famulus suam merdecem super dominum suum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus nullam penam iudici demeretur, sed dominus famulo eadem mercedem eadem die solvere tenetur. Si alter alterum pro vino aut pro alio potu inculpare voluerit, evadet ut aliud debitum, in quo nullum dominum ostendere poterit aut protestari.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódem, współprzysiężnik, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przestępstwo, sąd, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzeć]

[28] [k. 45] Donum,^a quod mulieri vel viro datum fuerit in iudicio banito, mulier cum sua parte sive dono pro arbitrio facere potest absque omni contradicione, quitquid placet. Idem potest vir cum parte sui doni, quitquid deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur mulier absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito precepit, ipsa hereditat sua successoria, seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, qui sit sibi paris conditionis. Idem facit vir illi, qui sibi sunt paris conditionis. Insuper omne aurum et argentum non formatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia, vino, et pane, et uantum post trecesimum permanserit, hoc cedit heredibus viri et non mulieribus, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipit medietatem et heredes viri aliam recipiunt partem.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał D wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie d

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabycie, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

[29] Ista^a sunt, que ad hereditatem pertinent: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea et tela que non est incisa aut formata ad muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, dolea, et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari, in quo liquefit cera, quod spectat ad suppellectile. Omne proprium, quod locando possessum est, ut omnia arma et gladii omnes, et olle erae ac morsere, cinguli, bracciles, et anuli viriles, hec spectant ad hereditatem. Mense, lavatoria et omnes ciste planis cooperientis, et sedilia, pelves cupree, et ciste annonarum, et ciste farine, et porci, qui in curiis aut in domibus nutriuntur, spectant ad hereditatem. Et omnes porci inpinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmenta dantur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est, et omnes vacue crype [s], pulmentaria recipit uxor mariti, et non cognata sua proxima.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał I wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie I

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]

[30] Vulnerat^a quis alterum vitam suam defendendo supra viam publicam, quod ille ipsum percudit aut vulnerat, et si clamore proclaimaverit, et si invasor comparet violenter, seu proterve, et conqueritur iudici, et non potest, nec pro imbecillitate sui corporis, tunc compara[re], et in posterum eadem die compareat et conqueritur iudici et scabinis, et ostendit sua vulnera, et protestatur per hos, qui suum clamorem audierunt, et quod inicium contencionis sui [k. 45v] adversarii fuerit et non suum, et quod ipse se defenderit in defensione sue vite, ipse acquirit querimoniam primam. Sed si pernoctaverit, tunc hoc fieri non potest.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał V wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie v

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie]

[31] Quod^a si se duo vulneraverint mutuo in iure municipali, qui ambo fuerint nati de stirpe Sclawonica et tamen Sclawi non, sed compareat unus et conqueratur in Sclavonico ydiomate, alterum non opportet sibi respondere, si placet, nisi conqueratur in eo ydiomate, quod sibi innatum est per ius municipale.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie]

[32] Quod^a si duorum virorum querimonie dilate fuerint in iudicio banito coram iudice et de voluntate iudicis et consensu, parcium arbitrio utrorum, quod inter ipsos concordia extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendum, et se arbitrii ad hoc electi de causa intromittant concordiam, absque iudicio et querimoniam non repetendo cum consensu iudicis. Et si alter ex eis in posterum

suam querimoniam vellet renovare pro hac causa coram iudicio, iste sibi respondere non tenetur coram iudicio, si protestari poterit cum iudice et scabinis, quod causa absque iudicio debeat diffiniri.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[33] Et^a si se duo mutuo vulneraverint equaliter et querulantur equaliter, quicumque ex hiis duellum in alterum aquisierit, tunc eius adversarius manum demeretur. Ita tamen, si vulnera ambo duellaria fuerit. Et alter ex eis, antequam duellum acquisitum fuerit, moritur, adversarius collum demeretur.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał E wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie e

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, kara śmierci]

[34] Quod^a si duo mutuo vulneraverint equaliter, ex hiis unus vadit ad iudicem in domum suam, et querimoniam faciat, alter veniat ad quatuor bancos et conqueratur cum clamore scabinis et iudicio astantibus, et vulnera ostendat, et mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, si testes super hoc habuerit a scabinis astantibus iudicio, quod inter quatuor bancos querimoniam fecit.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: zranienie wzajemne, sędzia, ławnik, rana, skarga]

[35] Si^a aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneraverit in festo recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, ille sic queruletur cum prolocutore: „Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit municipia vel in strata regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et in bonis meis, [k. 46] et me vulneravit, dum in me pacem fregit. Tunc vidi ego ipse ipsum in persona propria et proclamavi eum cum clamore, et ipsum captivum hunc ad iudicium adduxi, et volo eum vincere per hos, qui meum clamorem audierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quod hoc probare debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc adversarius relictam petat satisdacionem pro hac querimonia, et dicat se de facto innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit et facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere possit. Si, ut iuris est, probaverit testimonio, ille solvet collum, si est quot homicidium, vel manum, si vulnus est duellare, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto perduxerit. Pro teste potest quivis vir alteri stare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre et filio, fratre et mercenario.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[36] Quod^a si se duo vulneraverint: unus gladio et alter cutello, et si vulnera utriusque duellaria fuerint, ille cum gladio solvet manum, ille cum cutello solvet collum, quia cutellus furtivam infert mortem.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[37] Eciam^a si alter alterum vulneraverit et causa sua pernoctaverit sibi debet indici in iudicium proximum. Et si vir vulneratus fuerit et vulnus duellare non fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi indici debet ad iudicium proximum. Si autem vulnus duellare fuerit, tunc continuo sibi iudicem statui debet pro facto manifesto.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał E wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie e

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[38] Si^a duo se vulneraverint et ambo coram iudicio comparent et querimonias proponunt, qui primam querimoniam precellentem protestari poterit, apud suum adversarium duellum acquirit et si ipsum iusto modo salutaverit, et vulnus fuerit duellare. Si autem duellum ad diem fuerit dilatum, et alter pugilem convenerit super alterum, et si eo protestari poterit, quod pugil sit mercenarius, extunc iure de duello cedere possit.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięściarz, zastępca, najemnik]

[39] Si^a unus vir alterum vulnerat, et si unus caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium, et si iudex ipsis pacem indixerit, et si ipsum postea occiderit, et si fideiussores posuerit pro causa eadem, ipse tamen propius est evadere metseptimus de homicidio, ^b] quam ipsum protestari possit. Si autem coram iudicio comparuerit, [k. 46v] et si in iudicio banito manu pacem promiserit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et ipsum postea occiderit, hoc melius protestari potest super eum, quam ipse evadere possit.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s; ^b plama inkaustu

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[40] Si^a duo se mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio comparent et querulose proponant, et querimonia usque ad iudicium dilata fuerint, et qui primo querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium portetur, et alter vulneratus eciam ad iudicium compareat, et unus, mortui agnatus, loquatur super vulneratum cum testimonio sive duello, quod ipse suum proximum affinem occiderit, et pro eo petat iudicium. Extunc ille petit satisdacionem de iure, hic proprius est evadere, quam ille super ipsum protestari metseptimus. Si autem ille ipsum duellarie fuit alloquitus, extunc ipsum pro suo collo respondere oportet. Si autem evaserit cum testimonio, tunc suum testimonium sic procedere debet, quod inicium contecionis illius fuerit et non suum. Et si quis incontinenti habere non poterit, terminum trium quindenarum acquirit, ex hiis sibi eligat unam quindenam quamcumque voluerit.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]

[41] Si^a vir equm vendiderit, hoc tam in eodem promittere debet, quod sit stabilis, nec cecus, et quod non in iuste impeticionis, et eciam a iusta arrestacione.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawną]

[42] Si^a fur clara luce diei deprehensus fuerit, qui bone fame sit, et furtum non plus quam tres solidos valeat, in eo cuttem cum crinibus demerentur. Si vero in furto ultra tres solidos valeat, reus est suspendio. Horum denariorum tres solidi dimidium debent solvere faccionem. Si autem fur de nocte fuerit deprehensus cum sex denariis, reus est patibulo.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[43] Conqueritur^a vir super alterum pro bonis, quod sua sit vera hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua sit vera successio a suo patre, decessore, et ille comparet super quem querimonia proposita fuerit, et dicet se habere bonorum defensorem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, contradicione qualibet non obstante

et iuste ac rite meum premium censuale, ipsum oportet defensorem suum nominare, et ad diem statuere, et cum defensore conservat sua bona, si defensus fuerit, ut iuris est, a defensore. Si autem sibi defectus [k. 47] fuerit in defensore, actor conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, seu porcionem, facilius quam alter emptam proprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam proprietatem, aut premium censuale.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał C wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie c

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[44] ^{l¹} Si^a homo habuerit hereditaria censualia et bona a quodam monasterio, et dominus seu abbas non fatetur, aut conventus, hic vir potest metseptimus protestari suorum coherendum, quorum quilibet iurabit singulariter, quod iustum ac successorium suum sit premium censuale. Et dominus seu abbas hiis vii de ipsorum bonis negaverit aut fateri noluerit, extunc quivis metseptimus suorum coherendum bona sua obtinebit.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

Noty użytkowników

¹ na prawym marginesie XLI

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[45] Si^a vir debet producere testimonium super proprium alterius metseptimus, aut mettercius, hoc facere debet cum possessis hominibus, qui iudicio astare solent, et domicilia habentibus in iudicio supradicto. Si autem vir debet persolutu debito [s] protestari super proprietatem, hoc iterum esse, ^b] ut possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non fuerit confirmatum. Si aliquis debet persolutu debito [s] probare, protestando pro quo, hoc facere debet cum talibus hominibus, qui in suo iure non possunt argui.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s; ^b zmiana narzędzi pisarskiego oraz inkaustu

[hasła: własność, samosiódem, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony]

[46] Si^a vir dicit viduam que unum aut plures habuerit [pueros] et ipse nulla bona habuerit nec ipsa, nec vir unum filium habuerit cum sua prima uxore, et fortuna accedente per suos labores bona habuerint aut proprietatem sive hereditatem

emerint, aut super bona mobilia aut mercimonia posuerint, aut in posterum vir moritur et uxor, extunc filius viri propior est recipere hereditatem, quam pueri femine, aut pueri sororis sue, vel eciam nepte seu nepotes ex filia sua. Ita tamen, si filius patris sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit suppellectilia.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[47] Si^a vir aliquis dederit suis pueris aliqua sua bona, et sue uxori, in iudicio banito circa vitam suam, et bone racionis, et si sibi paris condicionis pueri fuerint, et si in posterum aliteri in eisdem bonis aliquid dederit aut heres fuerit, aut non ille, cui prima donacio sit data, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium iudicis desuper habuerit et scabinorum, quod sibi donum primum datum fuerit absque contradictione illius, qui ad hoc successor fuit infra annum et diem. Extunc contradicere non possunt, si ille super hoc testes habuerint.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[48] Si^a vir sue uxori sua edifica dederit, que super bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis, et [k. 47v] coram suis vicinis, tempore sue vite, ut [s] inducit eam in possessionem, et si vir moriatur sine prole, et si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit obtainere, si mulier protestari potuerit, quod ei datum fuerit. Si autem fundus et edifica propria licet [?] viri fuerunt, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio banito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis, quam suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut mobilia bona habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non poterit, nisi in iudicio banito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreverunt cum secunda uxore, hoc potest dare in valitudine vite sue cuicunque placet, cuiuslibet sine contradictione.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[49] Ubi^a alicuius monasterii obnoxius suam penam demeretur, hoc sunt triginta solidi, obnoxius bene potest sua bona resignare et iterum suscipere et dare cui placet, contradicione quolibet non obstante, que propriis laboribus acquisivit. Ubi obnoxius suo domino suum censem subtraxerit, pro eo demeretur tria talenta. Quitquid obnoxius criminalis cause commiserit, pro eo nullus queret iudicium nisi domini sui advocati. Quando obnoxius moritur, extunc domino suo advocate oportet dare denarios obnoxietarum et meliorem equm, quem habet. Idem oportet facere sacerdotem suo archipresbitero, dum moritur, tunc sibi dare oportet equm meliorem.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał U wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie u

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przepustwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[50] Si^a moritur vir absque herede et pueris ex filia habuerit, que exheredata fuerit circa suam vitam, idem in ipso iure maiori recipit bona awi materni, quam iudicium, qui si sibi est paris condicionis, sed iudicium recipit sua arma bellica.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, hergewet]

[51] Si^a unus abtestari voluerit alteri manum suam pro falso, hoc oportet, quod faciat mettertius cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt. Si autem protestari debet pro uno vulnere in facto manifesto, oportet quod hoc faciat metseptimus, per iusticiam pacis, ita tamen, si manifestum factum cum malefactore ad iudicium fuerit deductum.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący ucznek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[52] Cum^a moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discretionis non dum pervenerunt, proximus cognatus ipsorum debet esse tutor eorum, quousque ad annos pubertatis pervenerint. Et si idem non dum ad huc pubertatis annos attingerit, adiutor suus debet esse propior agnatus suus, [k. 48] quousque ad annos discretionis pervenerit, et rationem anno ad annum pupillorum coram ipsorum vero tute tenetur.

^azostawione miejsce na ozdobny inicjał C wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie c

[hasła: ojciec, dziecko, krewny po mieczu, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[53] Omnis^a querimonia ac testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimus^b protestari oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomochales non fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furto /s/ aut spolio et deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Eiam manifestum ibi esse dicitur, ubi viro gladius aut cutellus, aut alia arma sua in manu deprehensa fuerit, cum qua pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, eiam captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hunc actor metseptimus^c vincere debet circa ius pacis. Et factum manifestum cum viro ad iudicium deductus fuerit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał O wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie o; ^b metVII; ^c metVIIus

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztyl, ucieczka, pokój]

[54] Stuprum^a, obsidium et irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum, spolium probus homo metseptimus^b protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit corpore et rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audiverunt, /s/ et ostendere volo factum, ut de iure debeo et requiro in sentencia diffinitiva, quod ego ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisdacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sentencia diffinitiva, si mulier violenciam melius protestari poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, tunc mulier ipsum melius vincere iure potest, quam ille posset /s/ evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilius vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s; ^b metVIIus

[hasła: gorący uczynek, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[55] Si^a vulneratus vir ad iudicium decuctus fuerit cum clamore in facto manifesto, et si ita imbecillis aut debilis fuerit, quod per tutorem ipsum querulari oportet et prolocutorem per sententiam petat, extunc tali modo sua procedat querimonia: “Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocate, extunc in sententia requiro, qui per sentenciam insidias per aliquem pati debeat, quam iure tenere debeam aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi

diffinitur, quod non. Extunc petat correccionem. Cum obtainuerit, tunc petat colloquium pro consilio, extunc cum colloquium [k. 48v] habuerit, tunc requirat, qualiter suam querelam inchoare debeat, et hoc^b per sententiam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget per sentenciam seu sentencialiter, si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, a quo suam recepit aut habuerit lesionem, vel in eo pacis federa infregerit. Extunc queratur sentencialiter, si interrogari debeant circa iuramentum prestitum aut ius civitatis, quid audierint. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audierint. Audita responsiva sua, tunc in sentencia requiritur, si iam profecerit, cum sibi diffinitur, quod sic, extunc eciam interrogetur secundus et tercarius, quod sic profecerit. Deinde querelam incipiat: "Domine iudex, multis^c audire verba huiusdem^d attente". Tunc hic N conqueritur Deo et vobis super N et P, quod ipsi venerunt intra municipale, et pacem in eo infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et spoliaverunt ipsum corpore et rebus, et pro quo iudicium petit. Extunc illi ter vocantur, quando ter vocati fuerint per clamorem, tunc conqueratur ulterius et nominet malefactores, ut prius querulatum fuerit. Idem faciat tercias vice. Extunc inducie indicantur per noctem. Si tunc non comparent, duellum in eis acquiri potest.

^a zostawione miejsce na ozdobny iniciał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s; ^b nadpisane; ^c w rękopisie wltis; ^d odczyt niepewny

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[56] Hic^a stat N et conqueritur super P Deo et vobis, nostro domino, regi aut duci et vobis, domine iudex ac toti universitati civitatis, pauperibus ac divitibus, quod ipse inter municipale venerit ad locum talem, ubi N pac[ific]e et quiete perfrui debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia, et in regia pace, et in eo municipalem infregit et ipsum vulneravit ac destruxit et spoliavit in corpore et in rebus, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene probare potest, et cum ipse in eo pacem violavit et strepitum in eo commisit, tunc propria in persona vidit et ipsum clamore proclamavit. Si hoc fatetur diligere, sin autem negabit, ipse eum vincere intendit per hos, qui suum clamorem audierunt ac suo testimonio. Et sicut ipsum captivum in manifesto facto deduxit ad iudicium, sic sentencia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, ut fieri proficuum sit in suo iure.

^a zostawione miejsce na ozdobny iniciał H wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie h

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[57] [k. 49] Quando^a vir furem aut spoliatorem protestari voluerit, qui cum manifesto facto ad iudicium cum clamore deductus fuerit, qui ita querulatur: “Domine iudex, conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apparenti furto captivatum et ligatum ad iudicium usque adduxi, qui venit intra meos quatuor parietes et subtraxit michi mea bona, super quo habeo bonum testimonium cum illis, qui meum clamorem audierunt. Et ipsum volo vincere iure meo ac meo testimonio, ut hic michi ius dictaverit. Et requiro, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Tunc sibi diffinitur metseptimus^b, si furtum presens fuerit. Idem iudicium fiat pro spolio et super raptorem.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q; ^b metVII

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[58] Si^a mulier recipit suppellectilia, ad que spectant omnia vascula et capisteria, et omnia cibaria domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolucionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum viro uxori moritur, proxima uxoris cognata recipit suppellectilia, que debet viro decorare suum stratum, ut stetit, cum uxore sua dum vixit, suum stratum, cum lecto, cussinis et colatram, suum sedile cum pulvinare, sedem suam cum sedis tectorio, quod singulis diebus de super iacuit, suam mensam cum mensali et manutergio. Hec nulla recipit pulmentaria.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s, zmiana inkaustu

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[59] Qui^a duellarie suum equalem salutaverit, hunc iudicem petere oportebit, ut se intromittere possit de uno suo pacis violatore, quem ibi videt. Cum hoc per sentenciam fuerit diffinitum, tunc in sentencia requiret, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi proficiat in iure. Tunc sibi de iure diffinitur, curialiter per oram vestimenti. Et cum se de ipso intromittat, pronunciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim potest, si vult, aut pro quo colloquium habere. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod in eo pacem infregit aut in strata regia, aut in villa, qualiter infrigerit, eodem modo super eum queruletur. Tunc iterum ipsum inculpet, quod ipsum depredavit et talem vim in eo fecit, quam bene probare poterit. Tunc vulnus demonstret aut cicatricem, si vulnus sit sanatum. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et ipsis sibi tanta recepit, quod bene duellum dici meretur. Hec tria criminalia facta omnia simul conqueratur, de quoquaque horum trium obtinuerit, extunc suum ammisit. Tunc loquuntur ulterius: ego ipse ipsum solum vidi, et ipsum proclavi clamore. Si fateri voluerit, hoc diligo, et si noluerit, tunc ipsum omni iure vincere volo, ut michi vulgus hic diffinierit aut scabini, [k. 49v] si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisdacionem,

quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam querimoniam meliorare aut satisdacionem, si voluerit, et facta satisdacione ille exhibeat suam innocenciam, hoc iuramentum, quod ipsum iurare oportet monomochale et iuramentum, si ipsum iure incitaverit et si ibi fuerit, hoc est perficere si potuerit pro inbecillitate sui corporis. Quivis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, qui nobilioris nature fuerit, ille preesse non potest [illi], qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquetur. A duello eciam cedere potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex eciam debet habere clipeum et gladium illi, super quem allocutum fuerit. A duello eciam potest accipere suos affines, si uterque suus affinis et ita consanguinitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non poterint. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, qui videant, ut habeant attinencia secundum veram consuetudinem. Coreum et linea indumentum *[s]* induere possunt, quantum placet. Caput et pedes antea nudi sint, in manibus cirotecas habeant, unum gladium nudum in manu et alio cinctus, aut duobus, hoc arbitrio eorum committitur, et unum clipeum rotundum in manu, ubi non aliud quam lignum aut coreum sit, preter manu tectorium, quod potest esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. Eciam iudex debet iudicare pacem circa collum, quod nemo eos impedit circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum habeat, qui plangam ferat qui ipsos in nichilo impedire debent nisi si unus ceciderit, quod plangam interponat, aut si vulneratus fuerit. Aut si plangam desiderat, hoc idem facere, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Postquam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum affectare, quem ipsum iudex licenciare debet, et finalia fermenta de vaginis gladiorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati debent ire ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsis Deus adiuvet ad suum duellum. Sol eciam ipsis dividi debet recte, quando primo convenient. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sentenciam *[s]* capitali. Sin autem vincerit, dimittetur *[k. 50]* cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum per preconem multe^b vocare in illa domo, ubi se preperaverit, et duos scabinos cum ipso mittere debet. Sic cittari debent primo et secundo et tertio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et statim percuciet duos ictus et semel fingat contra ventum, cum eo ipse suum adversarium devicit tali causa sive querela, pro qua ipsum fuerat allocutus. Et iudex sibi debet iudicare, sicut fuisse duello coniunctus, sic mortuus debet convi[n]ci, si in furtu aut rapina, aut in tali crimine fuerit occisus. Sin autem mortuus cum septem testibus protestari poterit, extunc ad duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Sin autem alter agnatus mortui, quiscumque fuerit, loco ipsius per duellum se exhibuerit, hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, ut superius est expressum. Si vincetur eciam et ille, qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut fideiussorie caucionem fecerit comparere et non comparuerit ad iustum responsivam.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie q; ^b odczyt niepewny

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięściarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[60] [Q]uicumque^a occisum seu vulneratum virum captivum ad iudicium duxerit et ipsum pacis violatorem accusaverit, per duellum vel absque duello si non probaverit secundum iuris exigenciam ipse aut super ipsum, idem iudicium iudicari debeat, quod super alium procedere debuerat, ac si iudicio convictus fuisse, et hoc per iusticiam pacis. Si vulneratus vir hunc alloquitur, qui ipsum vulneravit, per duellum et si pro debilitate corporis duellum perficere non possit, et si tutorem non habuerit, qui pro eo pungnare velit, inducie sibi ordinari debent, quo usque suum duellum perficere possit.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: zabójstwo, zranienie, sąd, pokój, skarga, pojedynek sądowy, prawo, pokój, sprawiedliwość, rana, niepełnosprawność, pojedynek sądowy, opiekun]

[61] [Q]ui^a vitam aut manum pecunia redimerit, quod iure demeruerit, hic iure suo privetur.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[62] [Q]ui^a eciam fideiusserrit unum virum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et ipsum statuere non poterit, recompensam ipsum solvere oportet, et sibi in suo iure non Oberit illi, qui fuerat fideiussor, et nemo describi debet, nisi culpa ad collum sive ad manum sibi procedit.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[63] [S]i^a mulier recipit suppellectilia, ad quod spectant oves, ad quod et modele [s] et omnia cibaria domestica, de quibus [k. 50v] vir indiget ad unius anni revolucionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum viro uxori moritur, proxima sua agnata recipit suppellectilia, que debet donare viro strata sua, ut stetit, cum uxori sua vixit, cum cussino, suum sedile cum pulvinare, suum stratum cum lecto, cussinis et culcitram suam, sedem suam cum sedis tectorio, quod singulis diebus iacuit, suam mensam cum mensali et manutergio. Hec nulla recipit pulmentaria.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[64] [M]ulier^a pro armis bellicis gladium mariti et suum runcinum vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma, que habuit pro corpore unius viri, cum decessit in sua potencia, deinde debet dare pulvinar bellicale, hoc est lectum et duas kossinos, et duo lintiamina, et unum mensale, et duas pelves, unum manuterium. Hec sunt universalia arma bellica. Sed tamen aliqui homines diversa apponunt, que tamen ad ea non pertinent, sed quicquid ex hiis nominatis non habuerit, ad hoc, quod det, compelli non potest, si iuramento probaverit pro qualibet re per se. Si vir ostendere patenter poterit, ibi vir nec mulier per iuramentum evadere potest. Ubi duo aut tres ad una bellica arma nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera dividant inter se equaliter. Et ubi pupilli annos pubertatis nondum attigerint, et eorum senior agnatus recipit arma bellica solus, et in eis est puerorum tutor quousque ad annos discretionis pervenerint, extunc ipsis reddere tenetur et in super omnia bona ipsorum, nisi rationem fecerit eis, quo ea ad eorum profectum converterit, aut per spolium aut per apparens infortunium et absque sua voluntate ammiserit. Ipse eciam est vidue tutor, quousque maritum ducet, si paris sibi fuerit condicionis. Post arma bellica mulier vite recipit provisionem et alia omnia, que ad suppellectile pertine[n]t, sicuti /s/ sunt omnes oves et auce, ciste cum elevatis tectoris, omnia strata pulvinaria, kossini, linteamina mensalia, pelves, manuteria, lucibula, candalabra, semen lini et linum, et omnia muliebria vestimenta, annuli, brachialia et crinalia, psalteria et omnes libri, in quibus mulieres legere consueverunt, qui ad Dei cultum pertinent, sedilia et scrinia, tapecia, dorsalia, vela tectoria, balneamina et omnia pepla, et alia ornamenta capitis muliebria, hoc est, quod ad feminine spectat supellectile. Et ad hoc diversa sunt clenodia, que ad suppellectilia pertinent, singulariter ea non nomino, sicut /k. 51/ seticule, pectines /s/, forpices, specula. Sed tela non incisa, nec aurum, nec argentum non textum non pertinet ad feminas. Et quidquid extra prenominata in rebus inventum fuerit, circa vitam viri, qui mortuus est, exemet, si vult, ad quem pertinet. Sacerdos dividet cum fratre, sed non qui monachus est. Si puer in annis pubertatis religionem intraverit, bene potest exire, si vult, intra annos et ius observat feodale et terrestre. Sin autem vir, qui dum annos pubertatis inplevit, religionem intraverit, hic se a iure terrestri ac feodali alienavit, et sua feoda vacant, quia scutum bellicum resignavit. Quod hoc possit protestari per hos, †q‐ cum quibus similem vitam visus est suscepisse.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał M wysokości dwu wersów

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletniość, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[65] [D]e^a qua prius sentencia requeritur, hec prior diffiniri debet. Ambo actor et ille, hoc est super quem conqueritur, respondens est sive reus, possunt habere colloquia pro qualibet causa tribus vicibus, quousque eos preco revocet.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał D wysokości dwu wersów*

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[66] [I]n^a omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sentenciis. Aperte vir loquatur iudicio, postquam prolocutorem habuerit, nisi si iudex eum requisierit, si in verbo consenciat sui advocati, bene dicere potest, sit *s* autem non sit, aut desuper petere colloquium.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał I wysokości dwu wersów*

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[67] [S]i^a homo et ubi vir pro pecunia aut debito fuerit et moritur, veri sui pueri aut sui heredes non tenentur pro eo solvere. [Fideiussor] opportet solum, aut probare, quod pecunia sit integraliter persoluta.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów*

hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[68] [S]i^a vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et verbera fusca aut flavea fuerint inflata, si desuper pro teste iudicem habere poterit et homines, qui hoc viderunt aut audierunt, ipse est duello propius super eos acquirere, quam ipsi eum evadere possent suo iure. Sin autem super caput et brachia percussus fuerit, quod alter ostendere non possit, illi homines melius ostendere possunt, quam ipse super eos probare possit suo iure. Sin autem fatentur, quivis committit emendam et iudex acquirit suam penam. Sin autem verbera mortalia fuerint, respondere tenentur cum duello, qui pro eo iudicialiter impulsati fuerint. Si autem mortales *s* non fuerint, respondebit unus cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt cum suo iuramento.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów*

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[69] [Q]uod^a si hereditas mortaliola *s* absque heredibus inventa seu reperta fuerit, regie cedet maiestati.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów

[hasła: kaduk, król, spadek]

[70] [Q]uod^a si vir, qui pueros habuerit, occisus fuerit, tres aut /k. 51v/ plures, et si vir unus pro eo iudicialiter fuerit inculpatus et evasit, ut ius dictaverit, et si sibi super eam querimoniam vera satisdacio facta fuerit, non tenetur, nec debet ab aliis pueris in posterum pro eodem homicidio infestari.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[71] [S]i^a vir alteri iuraverit coram iudicio digne et sine pena, potest superponere et deponere absque licencia, quod per hoc non amittit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: kara, przysięga, sąd]

[72] [S]i^a aliquis arestat equum et dicit, quod sibi aliquis subtraxerit aut subtractus fuerit {aut eo sit} aut eo sit spoliatus, ab hoc se trahere debet, ut iuris est, extunc ille bene ad suum venditorem trahere potest et venditorem nominare, super quem se traxerit, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quocumque sibi nominaverit, ibi ipsum sequi oportet, non autem ipsum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Et si sibi defectus fuerit et neminem pro se habuerit respondentem, utpote venditorem habere poterit, ut se coram iudicio iactitaverit, et tunc sibi |-de-| fideiussorie faciat caucionem iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius suus expendit, et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. Sin autem dixerit, quod equum in foro communi et libero emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter ammittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo ammittit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczanie, pieniądze]

[73] [Q]uando^a iudex suam extorquet penam, ulterius nec aliquam super hanc penam potest extorquere. Et si vir bona alloquitur iudicialiter, ut iuris est, vel hereditatem, pro eo non indiget iudici tenere quicquam, cum ipse sibi ad iusticiam iuvare teneatur. Et si homo suam querelam tenere promiserit, et si per bonum pacis medio tempore concordatum fuerit, pro eo non plus ammittat, quam iudex acquirit suam penam.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[74] [V]ir^a, si vulneratus aut trucidatus fuerit et conqueri noluerit, iudex ipsum compellere nec ad aliquam querimoniam potest ultra suam voluntatem.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał V wysokości dwu wersów*

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[75] [E]t^a si vir descriptus fuerit ad penam mortis iudicatus fuerit, sua bona nullus recipere debet, quam sui heredes veri et legittimi.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał E wysokości dwu wersów*

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[76] [Q]uando^a vir moritur, qui pueros habeat et bona donata nulli habuerit, sibi succedunt, si equalis sibi nature fuerunt. Et si ex hiis pueris unus decesserit, mater sibi in sua parte succedit. Et mater cum hiis bonis nil facere potest absque herendum consensu ac voluntate.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[77] [Q]uando^a puer est duodecim annorum, tunc potest eligere [k. 52] pro sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus fuerit tutor, matri rationem facere habet et adolescenti, quid cum bonis factum fuerit.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie]

[78] [S]i^a alloquitur vir aliquem, quod sit illiber, si potest libertatem suam protestari, propius est evadere, quam ille vincere ipsum possit, et libertatem suam vir probare potest cum tribus cognatis et tribus agnatis, sic metseptimus esse debet, sive fuit vir sive femina. Et hoc scire debet quilibet legens, ubi describitur agnatus, designat ex parte patris et ex parte gladii. Et ubi scribitur cognatus, ex parte matris designat[ur].

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: wolność, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[79] [S]i^a servus bona domini deluserit taxillis, aut obligat aut vendit, dominus bene potest arestare denuo iure, ut se ad ea bona trahat, ut iuris sit. Sin aut propria bona sua delus[er]it, aut quocumque modo a se alienaverit sua voluntate, dominus super ea bene alloqui potest, quia servus solvere tenetur, et sic domino pro bonis servi non est licitum respondere. Si eciā aliquis conqueritur super aliquem pro debito aut pecunia ludo seu taxillis acquisita, pro eo non sibi respondere. Si aut[em] servo suus equus, vel alia bona sua furtive, aut spoliando recepta fuerint absque culpa servi in domini servicio, hoc oportet dominum solvere servo, et pro eo oportet dominum respondere, si pro eo queruletur.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: sługa, pan, gra, przegrana, zapłata, skarga, dług, pieniądze, odpowiedzialność, koń, kradzież, transakcja]

[80] [Q]uicumque^a alteri bona sua dederit ad servandum, aut in deposito posuerit, si sibi subtracta fuerint, aut spoliatus eis fuerit, aut combusta, vel si mortuum fuerit, si equus vel pecunia fuerint, non debet aliquod dampnum pro eis sustinere, si presum[ps]erit iurare, quod absque sua culpa ammissum fuerit. Si quid viro concessum aut obligatum fuerit, hoc in destructu[m] redere tenetur, aut solvere secundum suum valorem. Sin autem moritur equus aut peccus infra obligacionem absque illius culpa, cui obligatum fuerat, si hoc probaverit, et si iuramentum pro eo protestari presumpserit, quod sine sua culpa decessit, non solvit, sed suam recompensam ammittit, in qua sibi fuerat obligatum.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów

[hasła: dobra, depozyt, kradzież, pożar, koń, bydło, szkoda, przysięga, wina, zobowiązanie, przysięga, zapłata, wynagrodzenie]

[81] [Q]ui^a se extraxerit a descripcione et solutus, diiudicatus fuerit, iudex in eo tamen suam optinet penam. Et si sibi iudex fateri noluerit, ipse eum bene deponere [potest] per unum, qui eodem interfuit iudicio, quia nec captivus iudicio comparuit, nec proclamatus. Sin autem iudex ipsum in posterum obiurare voluerit, ipsum nullo ulterus obiurare potest, quam [k. 52v] ad suam penam, si in eo testes habuerit, quod se absque descripcionem abiuravit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[82] [S]i^a vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtinere cum viris fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille dicit se innocentem. Sin autem respondens dixerit se debitum persolvisse, extunc impedit sibi suum testimonium. Hoc bene potest probare cum probis viris mettercius tacto sacramento.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódem, współprzysiężnik]

[83] [S]i^a super virum conquestum fuerit et ipse satisdacionem pecierit, alter eam sibi negare non potest, quia eam sibi faciat, si ipsum per sentenciam ad hoc co[m]pulerit. Sin autem satisdacionem fecerit sibi, ad suum ius non nocet, nec ille plus lucratur satisdacione, qui eciam petit, nisi quod ipsum nullus amicorum suorum impeditre a modo potest pro hac causa. Satisfacione facta suam querimoniam meliorare non potest.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[84] [O]mnis^a querela, que pro capitali crimine ad iudicium in facto manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore propter factum manifestum, quod ostendi debet. Manifestum factum ibi est, ubi vir cum furtu aut preda captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Item factum manifestum eciam est ibi, ubi virum cum gladio aut cum cultello aut alia re in via deprehenderit, cum quo pacem infregit, aut si in fuga facti captivatus fuerit et captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hunc actor met septimus vincere debet circa ius pacis, si factum manifestum cum reo ad iudicium deductum fuerit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał O wysokości dwu wersów

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[85] [I]n^a iudicio burgravii Meydeburgensis potest vir pro debito bene querulare super actorem, aut opportet ab uno iudicio burgravii ad aliud iudicium suam sequi querelam, ita quod semper suo adversario denunciet. Si autem super virum querimonia cum testimonio facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dicit, quod persolverit, hoc probabit per homines fidedignos, quam ille ipsum vincere possit, quod facere potest incontinenti, si vult, aut per sex ebdomadas in iudicio

sculteti. Sin autem vir iuramentum unica vi^b manu protestari debet, quod [s] in eodem iudicio facere oportet.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał I wysokości dwu wersów; ^b odczyt niepewny

[hasła: burgrabia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga]

[86] [I]udex^a debet iudicium exercere, et eo tempore cottidie in vero iudicii loco, nisi sit, quod vir absque testibus conqueri voluerit, quod statim iudicare potest sine mora. Recompensam et emendam et penam iudicis solvere debent ad diem, et fuerit diffinitum, ut tunc pagamentum consuetum fuerit, recompensam et penam et emendam iudici.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał I wysokości dwu wersów

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulcta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[87] [k. 53] [S]i^a viro sua bona publicata seu fiscata fuerint iure, in eo ille possideat, qui hoc in fiscacionem tribus diebus et tribus noctibus. Insuper in eo debet conmedere et bibere cum fiscacione, similiter et dormire. Deinde debet coram iudicio pronunciari tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium iudex sibi pacem desuper formare debet, et sibi debet appropare, et sentenciis scabinorum vendere. Extunc vendere potest cum scitu. Tunc si aliquis ultra suum debitum superfuerit, cum scitu illi reddere debet, cuius fuit hereditas. Sed si defecit, ulterius agat.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[88] [S]i^a vir [alloquitur] aliqua bona, pannos vel quid suarum rerum fuerit, quod sibi subtractum aut raptum fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare debet tacto sacramento, quod tunc suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum aut raptum fuerit. Sin autem equus [fuerit], quem vir alloquitur, quod sibi subtractus aut eo spoliatus sit, ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede calcare debet, equo super pedem anteriorem, et sinistra manu equum capere per dextram aurem, et petere debet reliquias et prolocutorem. Et iurabit equo tacto sacramento super caput, quod tunc suus fuerit et nunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Extunc ille ad suum se trahat venditorem et ipsum iurare oportet super sanctos, quod trahat se cum equo ad verum venditorem, ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis. Sin autem dicit, quod equum emerit in foro libero et venditorem habere non possit, tunc equum amittit et argentum pro eo datum, et non amittit aliquam penam.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[89] [S]i^a vir conqueritur super virum pro debito a manu mortua, et ipsum infestare voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest unica manu tacto sacramento, si ille consenserit. Sin autem dixerit hic, super quem querimonia prolata fuerit, quod de debito nesciat vel in eo non sit obligatus, aut quod persolverit, hoc oportet iuramento probare metseptimus tacto sacramento.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[90] [S]i^a vir cum scitu contra alium ad iustitiam se exhibuerit, et alter noluerit aut spreverit, et vulneret illum non querulando absque iure, et ille, qui vulneratus sit, inveniat defensionem et mutuo vulnerat illum, et hic, qui primo vulneravit adversarium suum, primo ad iudicum veniat et conqueratur, et alter, in quo pax violata sit, eciam postea veniat circa lucem diei et dicat, quod inicium illius fuerit et non suum. Si hoc, ut iuris fuerit, metseptimus protestabitur cum probis hominibus, qui [k. 53v] viderunt et audierunt, qui presentes fuerunt, acquirit primam querelam. Unus vir potest filium eximere unica manu, qui est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento, quod filius suus reus non sit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[91] [S]i^a femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidio aut vulneribus duello dignis, ac ipsam proprius est vincere metseptimus cum hominibus fidedignis, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium pati oportet. Si autem vir querulatur super feminam pro homicidio aut vulneribus, quod eadem die factum fuerit aut visum, et si femina fideiussorie caucionem fecerit supra ius, de quo femina proprius est evadere cum hominibus fidedignis metseptima, quam ultra aliam in ea agere possit. Si autem femina inculpatur pro querimoniis pernoctatis, eo proprius femina evadere unica manu tacto sacramento, quam aliquis eam vincere possit, aut aliquid in posterum contrarium pati.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[92] [S]i^a vir duplices pueros habuerit et primo antea eradicavit exponendo, et si postea secundis pueris aliquid dederit in suis bonis, et moriatur idem vir, hoc secundi pueri ante tollunt. Et quicquid superfluum fuerit aut supermanserit, hoc equaliter inter se dividant, cum omnes sibi equales fuerint in natura.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów*

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[93] [S]i^a vir scabinum in scampno indecenter in iudicio banito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui audierunt, illum oportet dare emendam scabino et iudici penam suam.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów*

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulkta, nawiązka]

[94] [S]i^a super virum querimonia facta pro homicidio fuerit aut pro vulneribus, et ipse accommodaverit circa suam hereditatem ad comparandum, et si profugus factus fuerit, quod non comparet, tunc debet vocari cum clamore, ut iuris est. Et si non comparet in iudicio eodem, tunc debet describi et recompensa super suam hereditatem iudicatur, et iudici sua pena. Et eciam alicuius cogi potest caucionem facere fideiussoriam, quam se sua extendit recompensa, nisi sit pro debito, quod sit.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów*

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulkta, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[95] [S]i^a casu contencio fuerit vel oritur clara die, si probus vir in eo accusetur, qui ibi visus non fuerit, de quo propius est evadere metseptimus cum hominibus fidedignis, qui presentes fuerunt, quam in eo duellum acquirere possit. Si autem super virum ydoneum circa noctis tempestatem pro homicidio aut vulneribus duello dignis allocutum fuerit, quod noctis tempore factum sit, de quo propius evadet metseptimus cum hominibus probitate probatis, circa quos tunc fuit, cum hoc factum perpetratum est, cum sit de facto innocens.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów*

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[96] [k. 54] [Q]uem^a vir pro advocateo rogaverit, hunc suam causam tenere opportet iure, nisi se excusaverit cum pena.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[97] [E]t^a quando vir moritur, tunc uxori oves presentari debent ad sup[e]llectilia, ubicumque ierint. Anete, culcidre, vela, tecture curruum, olle picte eciam ad supellectilia pertinent.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał E wysokości dwu wersów*

[hasła: gerada, mąż, wdowa]

[98] [N]emo^a potest nec pro homicidio, nec vulneribus, nec pro aliquo debito suum probare incolatum.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów*

[hasła: zabójstwo, zranienie, poddany]

[99] [Q]uando^a pupilli suum verum tutorem habere non poterint, quousque nullos ipsos ad aliquam iudicialem responsivam deducere potest, nisi prius ad annos pubertatis pervenerint. Et si vir super alterum conqueritur, quod sibi abedificaverit [s] aliquid de suis bonis aut de hereditate, hoc ille possibilius optinet, qui habet in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio allocutus fuerit. Extunc possessor cum testibus servat, si voluerit.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów*

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne, skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[100] [U]bi^a eciam vir iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus verbis aut depilacione, aut verberibus, aut effusione sanguinis, de quo solutus dimitti non potest, nisi voluntas fuerit iudicis et consensus.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał U wysokości dwu wersów*

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie]

[101] [Quo]deusque [s] cives Meydeburgenses veram accionem seu responsivam tenuerint et se coram domino pontifice ac burgravis ac sculteto ad iusticiam se [s]

exhibuerint circa civitatis ius, tunc nemo eos extra civitatem in alio iure occupare, seu contra eos agere in iudicio alieno ^b] potest.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał D wysokości dwu wersów; ^b wyraz wymazany

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgravia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[102] [N]ullus^a alterum impedire debet coram iudicio, postquam iudicium bannitum fuerit cum iniuriis, talibus impedimentis, que ipsum impedire possint in sua querela, sicut clamore aut turpiloquiis, aut ceteris insolenciis. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si paciens ipsum protestaverit cum iudice et scabinis, extunc suam acquirit [emendam], et iudex acquirit suam penam. Si contingerit in iudicio castellani, tunc tria talenta demerentur, et in iudicio sculteti octo solidi. Et ubi homo suam emendam acquirit, ibi iudex optinet suam penam.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoła, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[103] [N]unc^a attendatur super eo, si scultetus aliquem impedit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere opportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem evadere opportet, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem hoc coram iudicio [k. 54v] bannito fuerit actum, cum melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Sin autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia super ipsum coram advocato fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum ibi opportet esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam. Extunc condemnatur advocato in decem talentis idem advocatus et illi suum debitum, de quo denegavit, facere iusticiam, et medio quo ille non solverit solus solvit, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus potest esse iudex, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est praemissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furtu, aut spolio, aut ecclesie violent[i]a aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crimina capitalia tanguntur, idem iudicium super eum, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, nisi in hiis vincitur, ut est iuris. Sin autem unus vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit in tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evasit absque sua culpa aut negliencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integrum recompensam. Sin autem pro manu, tunc medium solvit recompensam et hoc ipsum iuramento probare oportet

tacto sacramento, qui sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni culpa amiserit. Item non integra recompensa facit decem et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]

[104] [N]unc^a attendatis de advocato si non iuste iudicaverit cum sibi querulatur et hoc propter amorem aut munera aut obliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniustum, quod de iure facere non debet vel non debuit postquam ad iudicem electus sit, ius confortare et iniurias fugare seu suffocare, si querela super ipsum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex esse debet super advocationem, et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere ut in posteris patebit, petat advocationem surgere per sentenciam quod super ipsum habeat querulari et per sentenciam petat ut alium [k. 55] iudicem ponat loco sui, quod ipsum facere oportet, et tunc locet scultetum, qui sibi iudicare debet simili modo, ut advocatus super scultetum debuit iudicare, eodem scultetus iudicet advocationem. Idcirco advocatus iudicium banitum habere non potest absque sculteto, quia coram eo iure se debet exhibere, si super ipsum aliquis voluerit querulari. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, tunc domino terre iudicium vacat, quod habuit et regi bannum si prosecutus fuerit cum veris sentenciis.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[105] Si^a aliquis irruenciam domicilii fecerit nocte aut die, et si ille eum detinuerit in facto manifesto, captivum cum clamore ad iudicium perduxerit, si super eo homines, qui suum clamorem audierunt, habuerit metseptimus suorum vicinorum, factum ostendere possit, ut iuris sit, illi ad collum transit. Sin autem manifestum factum ostendere non potest, extunc ille propius est evadere metseptimus, quam per eum vinci possit.

^a S wysokości dwóch wersów, in rubrum

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[106] De obsidio femine

Obsidia^a et quod femine stuprantur, et irruenciam domiciliorum burgravius iudicat et nullus alter nec scultetus. Si irruencia domicili probabilitate potest ostendi cum vulneribus et cum vulneratis edificiis, si super hoc iudicem et homines, qui clamorem audierunt, habere potuerit in testimonium, oportet desuper respondere cum duello, quam cum iuramento evadere possit.

^aO wysokości dwóch wersów, *in rubrum*

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgravia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[107] Si vir querelam

Qui^a si vir querelam suam tenere promiserit, et si tempore medio concordia facta fuerit, extunc pro eo non plus amittit, nisi iudici dat suam penam.

^aQ wysokości dwóch wersów, *in rubrum*

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, multa, sędzia]

[108] Si^a vir conquerulatur super alterum pro debito, quod sibi a patre suo teneatur, ipse debet super eo certificare, ut iuris est. Sin autem iurare voluerit, quod pater suus debitum persolverit, hoc ipsum facere oportet metseptimum post manum mortuam. Sin autem dixerit, quod ipsum persolverit, hoc iurabit metseptimus.

^aS wysokości dwóch wersów, *in rubrum*

[hasła: skarga, dług, ojciec, prawo, zapłata, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, samotrzec]

[109] Si^a quis habuerit equum vel canem aut aliud pecus quidcumque, quod loquela careat, et noxam sive dampnum fecerit, sin autem dicit suum non esse dampno perpetrato, sibi in suo iure non nocebit.

^aS wysokości dwóch wersów, *in rubrum*

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[110] Si^a aliquis spoliaverit cives suos, qui proprium aut feodium aut hereditatem intra municipale habeat et si hoc non prehabita querela faciat ante dominum terre vel ad suum iudicem, illi sua edifica ab iudicare supra curiam suam et seccare, et illa edifica erunt communia et hominibus omnibus publicantur. Sin autem edificium iudicialiter fiscatum fuerit, ita quod ibi femina aut puella stuprata fuerit intra illud edificium, debet seccari et abinde nullas duci.

^a S wysokości dwóch wersów, *in rubrum*

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[111] [k. 55v] [H]oc^a est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare aut evadere debet Christianum, quod scriptum est in iure imperatoris. Ipse debet verti contra solem seorsum, stare nudipes super sedem unam, induitus clamide esse debet et pileum Iudaicum habere debet super caput. Si lapsus fuerit, totidem fertonem ammittit. Et si quarto manet in causa reus, tunc dicit ille, qui sibi predicit iuramentum: „Ego te moneo, N, Iude, per has tres litteras et per hanc legem, quam Dominus dedit Moysi in thabula lapidea in monte Sinay, quod liber iste aut hoc rotale verum sit et iustum, super quem aut tu, Iude, iurare debes hinc viro Christiano, N, pro tali culpa sive pro qua te huc ad iudicium deduxerit.” Extunc sic iurare debet, et sic sibi predicitur. [¹]

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał H wysokości dwu wersów

Noty użytkowników

¹ na lewym marginesie, ręką odmienną od autora podstawy: De iuramentum Iudeorum supra Christianum

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj]

[112] [Q]uod^a tu in hac causa reus non sis, pro qua te hic idem vir Christianus inculpet, quod te Deus adiuvet. Idem Deus, qui celum et terram creavit, aerem et rorem, montes cum vallibus, frondes, flores ac gramina. Et si sis reus, quod terra te absorbeat, que Dathan et Abiron absorbuit, et si reus fueris, quod te venenum ac gutta ac lepra invadat, que precibus Helisey Naaman Syrum dimisit et Yesy invasit. Et si reus fueris, quod te ignis comburret celestis et caducus invadet morbus, et sanguis invadet fluxsus. Et si reus fueris, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et in tuis rebus. Et si reus es, quod ad sinum Abrahe numquam pervenires et ^b-tibi accidet^b, ut uxori Loth, que transmutata fuit in effigiem salis, dum Sodoma periit et Gomora. Et si reus es, quod ad resurreccionem numquam pervenias, ubi Christiani et Iudei et gentiles ante Creatorem omium rerum resurgent. Et si reus fueris, quod te lex deleat, quam Dominus dedit Moysi in monte Sinay, quam Deus suo scripsit digitto supra lapideam tabulam, et te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque libris Moysi. Et si tuum non iustum iuramentum nec mundum fuerit, quod te deleat Adonay et sua deitatis potencia. Amen.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał Q wysokości dwu wersów; ^b-^b napisane na wymazanym wyrazie

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Daten, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[113] [k. 56] Nunc placeat audire et intelligere, quod presens scriptum informet ex relacione veridica. Primo de Imperio et quomodo terra Saksonie ius suum ab inicio statutum fuerit et confirmatum in suo iure, sicut ab antiquo tempore Babilonia tenebat. Ibi stetit Imperium et regnabat potencialiter per omnia regna, quia Nemroth gentilis rex primo Babilonium edificavit et circumcinxit civitatem nimia amplitudine, et edificaverit in ea, innumerabiles ac altas municiones, unde usque in presens ius municipale nuncupatur. Et ibi erat manens idem rex Nemroth ac duces multi et ceteri viri famosi, qui nunc imperatores vocantur, et omnes uno utebantur iure, quod municipale ius appellabatur, ut bene in libro presenti patebit. Unde nomen sortiebatur absque qualibet transmutacione.

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, prawo miejskie, kupiec]

[114] Nunc dicetur quamdiu Imperium steterit potencialiter absque permutacione usque Greciam a tempore Darii Secundi, aut ultimi, quem rex Alexander Maximis ac sediciosis devicit bellis. Tunc transmutatum fuit imperium a Babilonia et stetit in Constantinopolim [s] usque ad illud tempus, quod [s] se Roma de Imperio intromisit, et potencialiter obtinuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput est Christianitatis. Cum Imperium Romam versum fuisse, ibi stetit, ut patet in premissis. Tunc Christiani absque iure steterunt aut fuerint, idcirco quivis pro sua in terris facieba[t] voluntate, aut quid facere poterat aut perficere, et hoc absque querela permansit et per iudicium in ultum, quia nullum fuit ius, ubi quis consequi posset, et usque ad id tempore perseveravit, quo se Roma de imperio intromisit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam consecuti fuerunt, et ibi exhibuerunt manus, unde manupacem optimuimus usque in presens. Tunc Romani convenerunt et decreverunt deliberando, quomodo sibi regna subiugare possent. Et omnes una manu consensu et pari consilio concordaverunt, quod edificant castra in terris, unde terras sibi subiugare possent. Et cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt, quomodo castra confortarent, ut ipsis esset in iuvamen. Et illos acceperunt, qui nomen militale habuerunt, et eos super castra locaverunt cum tali iure, ut usque in hodiernem tempus ius castrense tenet in castrensi feodo. Extunc deliberaverunt, qualia statuta et ius terris constituere vellent, et terris tale ius constituerunt, quale adhuc terra Saxonie protestatur, per imperatorem Constantinum et per imperatorem Karolum. Nunc audire et intelligere potestis pro principibus [k. 56v] ac baronibus, et hiis omnibus, qui nomen militale digne sortiuntur, quomodo ipsi cum Romanis sint arbitrati, quod scire vellent, quo iure principium deberet permanere. Et statuerint regi ius cum consilio, quod ipse sedem regiam regere debeat ex parte beati Petri cum gladio temporali, unde adhuc advocatus Romanus appellatur. Idcirco vitam demererit non potest, nec in suo honore debilitari, nisi tribus de causis, que patebunt in sequentibus. Quorum primum est, si sedem Romanam destruere vellet. Secundum est, si contra fidem faceret Catholicam staret. Tercium, si legittimam sine reali causa dimitteret uxorem. Quorum unum trium horum de uno convictus fuerit, quod absit, extunc deberet iudicari, caput sibi deberet amputari cum aureo dolabro, propterea quia ipse est rector gladii temporalis, cum quo habet iudicare omnes hos, qui noxam fecerint, aut qui caput

demerentur. Et insuper omnibus comisit, qui iudicis nomine censentur, cum eo protegere viduas et pupilos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticias confortare. Insuper iudicium commisit omnibus iudicibus temporalibus, sive secularibus, cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis deprehensi fuerint in facto manifesto, ad iudicium deducti et convicti fuerint, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices iudicare debent soli, vel preco ipsorum loco, ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdotes spiritualem gladium habent ab Apostolico. <Nota^a> Nunc attendatis, quis imperatorem iudicare debeat, sed ex hiis tribus premissis in aliquo convictus fuerit. [1] Hoc facere debet Sacri Imperii Renensis palatinus, qui imperatori ac Imperio ex arbitrio positus fuerat. Simili modo, ut palatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicet burgravius marchionem pro suo excessu, et scultetus burgravium.

Extunc mercatores dicebantur, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc indicavit ipsos imperator cum consilio Romanorum ad aquas navipotentes, quod edificant civitates ibi firmas cum muris et turribus. Tunc plus dicebant imperatori, quod libenter scire vellent, in quo iure deberent stare. Extunc imperator dedit ipsis tale ius, quale cottidie in sua curia habere solebat. Et hoc confirmavit eis cum consilio Romanorum et cum veridicis signis. Et suam manum exhibuit, quam apprehendit quidam mercator, et dextram cirothecam de manu sibi depositus, super quo pax beati Petri ipsis firmata fuit. Quod usque manet huc in exemplum, ubi nove civitates edificantur aut fora, quod ibi crux ponitur super forum. In eo probatur et apparent, quod de voluntate regis factum sit, cum municipale ius [k. 57] ab antiquo tempore hucusque permansit et confirmatum ab Imperio, et nomen obtinuit usque in presentem diem.

^a na marginesie ręką autora tekstu głównego

Noty użytkowników

¹ na lewym marginesie, ręką odmienną od autora podstawy: De imperatore iudicando

[hasła: Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek, palatyn reński, marchia, burgravia, sołtys, cesarz, lenno, kupiec, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

[115] Nunc^a attendatis de civitate Meydeburg. Cum primo Meydeburg locatum seu fundatum fuit imperatoris Ottonis Magni consilii, et cum terre arbitrio, et stabilitum fuit in suo iure, sicut nunc tenet in iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Hallis civitas ex ea fundata est, idcirco utraque uno utitur iure. Eapropter omnes de Polonia ac de Bohemia, qui sub iure locati fuerunt Theutunico et de marchia et de Myssensi provi[n]cia, et de marchia Llusiciensi, hii omnes suum ius in Hallis recipere debent, et de civitatibus, que in hiis districtibus locati sunt. Et si sentenciam ingnoraverint aut defectum habuerint in una sentencia, hanc oportet in Meydeburg querere. Idcirco, quia omne municipale protegit, quod iure

terrestri fieri non potest, quod cum reprobata sentencia de marchia ad comittatum trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam graciam iudicat, quod comes non facit, sed iudicat sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi bannum regium est, quod vir demeretur tria talenta iudicio feodato sub banno regio. Sin autem iudicatur sub banno regio, tunc sculteto demerentur octo solidi de iudicio cum sentenciis scabinorum. Idem fit burgravio. Scabini undecem esse debent, et scultetus sit duodecimus, quia burgravio diffinire primam debet sentenciam. Quia burgravius nullum bannitum iudicium absque sculteto habere potest, scultetus absque hiis undecim scabinis in vero loco iudicali.

^a zostawione miejsce na ozdobne N wysokości dwóch wersów

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgravia, sąd wyłożony]

[116] Nunc^a attendatis de civitate Hallis, ubi sentenciam reprobatam recipere debeant, si ignoraverint, aut si sentencia reprobata fuerit. Hanc in Meydeburg recipere debent et Meydeburgenses eis dare debent, quia in posterum oportet ipsos esse testes, si necesse fuerit, quod sentencia rite ac rationabiliter sit data absque qualibet contradiccione. Et ibi nuncii esse debent presentes, ubi sentencia diffinitur, ex utraque parte, ubi sentencia fuerit reprobata, qui audierunt et viderunt, quod utrique iusticia fiat. Iudex ipsos in expensis procurare debet [in] eundo et redeundo. Si sentencia sub banno regio reprobata fuerit, tunc reportari debet infra decem et octo ebdomadas. Sin autem sub comitis banno reprobata fuerit, tunc reportari debet infra duas ebdomadas, quia scultetus habet bannum a comitte terre. Idem vero habet burgravius bannum a rege, et iudicium a domino terre.

^a zostawione miejsce na ozdobne N wysokości dwóch wersów

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgravia, prawo]

[117] Nunc^a attendendum est, si in Meydeburg reprobatur sentencia, quo aut ubi eam querere aut invenire deberent. Ipsi debent se trahere in Scharthow, ultra Elbe, et ibi accipiunt quatuor seniores viros, quos ibi invenire poterint. Hoc idcirco, quia diucius stetit, quam Meydeburg, et Cezar Otto a tempore diurno ducatum ex eo constituit, et omnes uno eodem iure [k. 57v] constricti sunt. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senibus, quos de Scharthow duxerunt et invenerunt, redeunt in Meydeburg palaciam ad curiam, que imperatoris Ottonis Ruffi fuerat, qui palaciam ipsis formaverat, et in summi sine templi, ut in premissis patet et in sequentibus apparebit, quia continue pro reprobata sentencia ad Imperium se trahere non potuerunt.

^a zostawione miejsce na ozdobne N wysokości dwóch wersów

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto, Otto Rudy, wyrok]

[118] [N]unc^a attendatis per quem modum ipse palaciam fecerit. Vocavit eosdem quatuor senes de Scharthow, et quatuor canonicos, qui prelaturas habent in summo, primus prepositus, secundus decanus, tertius episcopi vicarius, quartus cellararius. Insuper recepit quatuor barones, ecclesie maioris feodales in Meydeburg. Unus fuit marsalcus, secundus dapifer, tertius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit undecim scabinos et scultetum duodecimum. Insuper recepit tres duces laycos, qui primi sunt in eleccione imperiali, et quartus, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meydeburg, hoc est burgravius. Tunc imperator accepit eosdem viginti octo viros prenotatos et super sedes eos locavit palacie, et dedit eis potestatem ex parte sui, quecumque sentencia in Meydeburg diffiniri non posset, aut reprobaretur, ibi deberet recipi, et quidquid daretur rite ac rationabiliter pro iure municipali teneri deberet. Et cum sentencia ante palaciam data fuerit, tunc debet dari in signum hiis viginti octo /s/, cuilibet [eorum], solidum aureorum, et quivis solidus debet valere duodecem solidos talis pecunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit forisare. Tunc hiis quatuor dantur quatuor marce, quod quivis marca debet duodecem marcas argenteas valere. Hoc datur hoc illi dare tenentur, quibus sentencia ad profectum vel ad utilitatem diffinita et inventa fuerit.

^azostawione miejsce na ozdobne N wysokości dwóch wersów

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgravia, kościół, prawo miejskie, wyrok, odwołanie, apelacja]

[119] [N]unc attendatur, quantum plus dare tenetur illi scabino suam emendam, cuius sentenciam reprobavit, quam diffinierat, si iusta inventa fuerat, et iudici suam penam. Sin autem ante consensum aliorum scabinorum sentenciam reprobata fuerit, tunc cuilibet scabino datur emenda et iudici pena, et quot fuerint emende, tot eciam erunt et pene.

^azostawione miejsce na ozdobne N wysokości dwóch wersów

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda]

[Conclusio libri.]

Iste liber finitus et de Theutunico translatus in Latinum per Conradum scriptorem, notarium quondam Sandomiriensem ac civis dicte civitatis, ad petitionem famosi viri ac domini famosi viri Nicolai dicti de Paczonow, civis supradicte civitatis, qui fuit causa inciens, in cuius nomine est inchoatus. In eiusdem vero nomine est finitus, cui laus et gloria per infinita seculorum, amen.

Idem vero Cunradus supliciter exhortatur diligenter quemlibet lectorem petens, ut cum in hoc libro ipsum legere contingerit, quicquid ibi displiciente fuerint, ut hoc sue non inputet ruditati. [k. 58] Cum tamen per imperatores ac cesares ibidem liber sit constitutus, licet compendiose, ut Constantinum, Iustinianum ac Carolum confirmatus. Ac eorum petitionibus per sanctos patres Apostolicos sit sancitus, ac sub anathemate prohibitur, ne quis augmentando vel minuendo eundem librum in aliqua sua distinctione vel diffinizione transponere, aut transmutare aliquatenus presumat, sed ipsum in suo vigore inviolabiliter permittere permanere [s]. Cum eciam per falsam gramaticam mortale peccatum non comittatur, et ideo, si minus rethorice aliquid in eodem opusculo repertum fuerit, hoc peto non ponderari, nec michi propter hoc improperari.

[hasła: Konrad z Sandomierza, Mikołaj z Pacanowa, Konstantyn Wielki, Justynian Wielki, Karol Wielki, apostoł]

[k. 96v] Sequitur registrum libri municipalis.

Et primo de czare Ottone, qui fundavit templum in Meydeburg. Capitulum I
 De iure penesticorum et comedibili vendencium. Capitulum II
 De iniustis mensuris et iniustis pensis. Capitulum tertium
 De tribus iudiciis provincialibus advocati. Capitulum quartum
 De iudicio burgravii. Capitulum quintum
 De iure sculteti in tribus iudiciis. Capitulum sextum
 De clamore in vulneribus et in monomachalibus vulneribus. Capitulum septimus
 De conflictu, qui sit in die aut tempestate noctis. Capitulum octavum
 De diffinicionibus sentenciarum. Capitulum nonum
 De querimonia, qui pernoctaverit pro vulneribus. Capitulum decimum
 De stupro et obsidiis et irruenciis domiciliorum et iure burgravii. Capitulum undecimum
 De homine, qui multis vulneribus fuerit vulneratus. XII
 De obligacione pignorum. Capitulum XIII
 De iure feminarum, si pars puerorum eradicata fuerit. Capitulum XIV
 De dono in infirmitate donato. Capitulum XV
 De hereditate ubi fratres nec sorores reperiuntur. Capitulum XVI
 De publicacione seu fiscacione posessionis. Capitulum XVII
 De pacis firmitate et de dono infra annum possesso. Capitulum XVIII
 De firmacione pacis donacioni pro hereditate. Capitulum XVIII
 De debito per iuris extorsionem acquisito et de iudicio, ubi conqueritur et fatetur.
 Capitulum XX
 De impedimento ad limina sanctorum extra provinciam aut ad nundina aut extra terminos. Capitulum XXI
 De pena illius, qui scabinum illicitis verbis in sede iudicali obruit vel improperaverit.
 Capitulum XXII

De concordia et rancore, que coram iudicio concordata fuerit aut eciam absque iudicio.

Capitulum XXIII

[k. 97] De filio, quem pater potest ter eximere coram iudicio. Capitulum XXIIII

De hereditate aut dono, quod datur viro vel femine coram iudicio. XXV

De hiis, que pertinent ad hereditatem. Capitulum XXVI

De viro, qui alterum vulnerat vitam suam defendendo et eciam solus fuerit vulneratus.

Capitulum XXVII

De duobus, qui de stirpe Sclavonica se mutuo vulnerant intra ius municipale.

Capitulum XXVIII

De causa, pro qua promittitur coram iudicio terminari. Capitulum XXIX

De duobus, qui se mutuo vulnerant equaliter. Capitulum XXX

De duobus, qui se mutuo vulneraverunt equaliter et equaliter querulantur. Capitulum XXXI

De viro, qui alterum vulnerat, et ad iudicium in facto manifesto deductus fuerit.

Capitulum XXXII

De duobus, qui mutuo se vulneraverint: unus cultello et alter gladio. Capitulum XXXIIII

De vulneribus, que pernoctaverint, et de quibus eodem die. XXXIIII

De duobus, qui se vulneraverunt et ambo coram iudicio. XXXV

De viro qui alterum vulneraverit et ipsis pax indicta fuerit. XXXVI

De duobus, qui se mutuo vulneraverint et ambo querulaverint, et querimonia usque ad iudicium disposita fuerit vel dilata. Capitulum XXXVII

De eo, quid in equo, cum venditur, promitti debeant *[s].* XXXVIII

De fure, qui in die tres solidos aut in nocte sex denarios, aut plus, subtraxerit. Capitulum XXXIX

De viro, qui super alium querimoniam fecerit pro bonis, que sibi dicit innata. Capitulum XXXX

De hereditariis censualibus bonis a claustro aut alio domino. XXXXI

De testimonio pro persolutis debitibus aut proprio. XXXXII

De testimonio persoluto. Capitulum XXXXIII

De viro habente filium, et [qui] viduam dicit. XXXXIII

De viro, qui bona sua in iudicio bannito sue uxori aut pueris suis dederit. Capitulum XXXV

De hereditariis censualibus bonis et edificiis super censualia bona donacione uxore coram iudicio. Capitulum XLVI

De iure liberti *[s]* in emendis sive *[s]* obnoxii et in successionibus in bonis naturalibus. Capitulum XLVII

De viro, qui absque herede moritur et nepotem ex filia habuerit. XLVIII

[k. 97v] De eo, si unus alteri manum suam abtestare voluerit pro falso. XLIX

De viro, qui moritur cum pueros habuerit, qui ad annos discretionis non dum pervenerunt. Capitulum L

De querimonia et testimonio, qui cum testimoiiis violenciis cum clamore ad iudicium in facto manifesto deprehense. LI

De eo, quando vir vulneratus cum clamore ad iudicium deductus fuerit in facto manifesto. Capitulum LII

De eo, qui vir furem aut spoliatorem protestari voluerit. LIII

- De viro, ubi alterius virum loqui debeat. LIII
 De monomachali incitacione et iure duelli et testimoni monomachali. Capitulum LV
 De eo, qui alium ad iudicium aut mortuum vel vulneratum perduxerit. LVI
 De viro, qui vitam aut manum pecunia redimerit. LVII
 De fideiussoria cauzione pro viro ad statuendum coram iudicio pro aliquo scelere.
 LVIII
 De suppellectili feminarum et quid ad hoc pertineat. LVIII
 De armis bellicis et suppellectili feminarum et sacerdotum iure ac eciam monachorum.
 LX
 De diffinicionibus sentenciarum. LXI
 De iudicio iudicium et locutione viri. LXII
 De viro, qui fustibus aut baculis percussus fuerit, ita quod vulnera inflata fuerint. LXIII

 De hereditate, qui mortuo domino permanet suum successore. LXIII
 De viro, qui occisus fuerit et pueros tres aut plures habuerit. LXV
 De viro, qui alteri coram iudicio iurare debuerit. LXVI
 De arrestacione equorum. Capitulum LXVII
 De pena iudicis et hereditate. LXVIII
 De viro, qui vulneratus aut percussus fuerit et querulare noluerit. LXIX
 De bonis illius, qui ad mortem condemnatur. LXX
 De viro, qui moritur et pueros habuerit et eciam bona habuerit nulli donata. Capitulum
 LXXI
 De estate puerorum, quando tutoribus eligere possunt. LXXII
 De viro, qui suam libertatem possit probare. LXXIII
 De pecunia ludo aut taxillis acquisita. LXXIII
 De bonis, qui alicui date fuerit ad servandum. LXXV
 De eo, qui se a descriptione iuramento expurgavit. LXXVI
 [k. 98] De viro, super quem queruatum fuerit pro debito. LXXVII
 De querela, que facta fuerit super aliquem et ipse peterit LXXVIII
 De facto manifesto, quod ad iudicium fuerit deductum. LXXVIII
 De iudicio burgravii Meydeburgensis. LXXX
 De iudicio iudicis. Capitulum LXXXI
 De fiscacione seu publicacione bonorum. LXXXII
 De arrestacione bonorum, similiter et equorum. LXXXIII
 De viro, qui conqueritur pro debito a manu mortua. LXXXIII
 De viro, qui probabiliter aut scienter contra alium ad iusticiam se exhibuerit.
 Capitulum LXXXV
 De mulieribus, qui in facto manifesto fuerint detente. LXXXVI
 De viro, qui habeat duplices pueros. LXXXVII
 De inproperacione scabinorum. LXXXVIII
 De homicidio aut vulneribus. LXXXIX
 De contencione, que facta fuerit in die aut tempore noctis. LXXXX
 De petacione prolocutoris. Capitulum LXXXI
 De suppellectili feminarum. LXXXII
 De iuramento incolatus. Capitulum LXXXIII

- De tutoribus pupillorum. LXXXXIII
De iuramento pro enormibus verbis coram iudicio. LXXXXV
De civibus Meydeburgensibus. LXXXXVI
De impedimento coram iudicio. LXXXXVII
De sculteto, si aliquem inpedierit in sua querela. LXXXXVIII
De iudicio super advocationem. LXXXXIX
De irruencia domiciliorum. Capitulum C
De obsidiis et quod femine stuprantur. CI
De promissione querele tenenda. CII
De debitis ex parte patris. CIII
De pecudibus, que noxam inferunt. CIII
De eo, qui spoliat civitates aut suas concives. CV
De iuramento Iudeorum. CVI